Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

/ etsi hic quoque difficultatibus non omnino careat.

sientiales omnes complanet, standum est antiquo usui Ecclesiæ. ~~qui errori conveniri haberi non~~ Porro de anno Baptismi Domini (quod etiam huc pertinet) vide infra Add. 60.

✠ Hac paulo latius affere placuit, ut appareret, diem Conceptionis S. Joannis Baptistæ non temere, sed congruentissime assignari XXIV Septembris. Qua quidem die solennem ejusdem Conceptionis memoriam habent vetusta Martyrologia Hieronymi, Bedæ, Adonis, Usuardi, Notkeri, Rabani; item Calendarium antiquum Stamsense, cui præter alia festa hujus Monasterii propria, inserta est ad hunc diem Conceptio S. Johannis ~~baptistæ et~~ præcursoris. Græci vero idem festum die XXIII Septembris celebrant. Anno 1478 Bellinus Patavinus in suo Martyrologio hoc festum primus omisit, ex vano scrupulo, ne conceptionis vocabulum de B. V. Maria, et S. Joanne B. eodem sensu acciperetur et coleretur: ex vano, inquam, scrupulo. Nam de S. Joanne non colitur materialis Conceptio, sed Annuntiatio Conceptionis ejus, et mysteria eam comitantia: in Conceptione B. V. colitur ipsa Sanctitas Mariæ, qua primo instanti eminuit. Vid. Papebrochius Act. SS. ad 24 Jun. qui quidem festum

/ et Martyrologium Stamsense pervetustum ad eundem diem: Conceptio sancti Johannis baptistæ.

✠ Calendarium Gertrudianum apud Jl. Althanum ad VIII K. Conceptio S. Joh. Bapt.

✠ Conceptionis S. Joannis congrue celebrari die XXIV Septembris, attamen de veris diebus Conceptionis et Nativitatis ejusdem nullam certitudinem haberi posse contendit.

30) Luc. I, 24 et 25.

31) Luc. I, 26–40. Vide etiam supra n. 27.

32) Luc. I, 41–45.

33) Luc. I, 46–55.

34) Luc. I, 56. Particula quasi idem est circiter; et admittit tam levem excessum, quam levem defectum. Opinor tamen, commodius eam hoc loco per excessum explicari posse; ut sensus sit: Mariam paulo ultra tres menses cum Elisabetha mansisse. Neque enim veldum mansisset, nisi voluisset expectare nativitatem Joannis, et mirabilia